



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Romanvs M. 9. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

90) 96 (96)

Deus in iis quæ sponte promisit, tu quoque fidelis  
esto in iis quæ Deo promisisti, quod si Deo datam in  
baptismo fidem fregisti, Deus servabit suam, & ei  
immitet mala quæ minatur in sacris literis. *Da mihi*  
*Domine ut amem te quantum debo.* Aug.

2. Esto fidelis etiam in minimis rebus: in iis siquidem purius elucet amor Dei, timor arcet a lethalibus  
peccatis, amor vero a venialibus: periculosa sunt illa  
peccata quæ levia dicuntur, utpote quæ viam mun-  
ant ad graviora ac plures in nos accersant calamitatis  
haec enim morbis, afflictionibus plerumque puniuntur  
in igne purgatorio senties gravitatem noxarum, quæ  
leves duxisti.

3. In omnibus demum esto fidelis, ubique Dei  
serviendum est, cum sit ubique terrarum, perseverans  
usque ad mortem in fidei obsequio Dei: quia is dum  
taxat salvus erit qui perseveraverit usque ad finem.  
Tibi liquidò constat honores, divitias, voluptatis  
meram esse vanitatem, quid ergo iis inhibas neglegens  
cœlestibus: *Omnia colit humanus error præter omnium*  
*Conditorem.* Tertull.

---

## S. ROMANVS M.

, Augusti.

*Qui crediderit & baptizatus fu-  
rit, salvus erit: qui vero non  
crediderit condemnabitur.* Marcus 16  
Levi

L Evita Laurentius bonum opus operatus  
 est, non tantum, cum signo crucis cœ-  
 cos illuminavit, sed cum patientia suæ exem-  
 plu, Martyrem cœlo peperit. Miles hic erat,  
 ROMANUS nomine, dum laminis cendentia-  
 bus semiustulatum Laurentium inter crucia-  
 tus ludentem aspiceret, capere non potuit,  
 in tanto cruciatu, tantam vultus serenitatem  
 & latitudinem oris, ultrò testatus, nisi veri Nu-  
 minis, roboratione constare, inter tam acer-  
 ba supplicia, non posse portentosa hæc gau-  
 dia. Sic animatum confirmavit in sententia  
 cœlestis genii intuitus, qui formosi juvenis  
 sub persona, sudorem Laurentio abstergebat.  
 Ita ROMANUS, reducto in carcerem Martyre,  
 & ipse secutus, ingressusque ergastulum a-  
 quam obtulit, suppliceque genu baptismum  
 à S. Levita petiit; non ut cordis æstum infuso  
 fonte sopiret, sed ut velut in ustrina, laticis  
 sacri aspergine, fortius cor ignesceret. Voto  
 potitum fidei profitendæ novus S. ROMA-  
 NUM invasit ardor, quo Valeriani tyraanni  
 succensa ira, jam non nisi Christianum  
 se ja&tantem, gladio cæsum etiam  
 Martyrem fecit. Ignem scili-  
 cet gladio fodicans.

Baron.

G

MEDI.

*De vita Christiana.*

**I.** Hieronymus nobis præbet Argumentum hujus meditationis in Epist. ad Rusticum. Nihil (inquit) *Christianus felicius*, cui promittitur regnum cœlorum: hinc vera felicitas. Si sum Christianus, sum Filius Dei & hæres paradisi. O me divitem! ait Christus quoniam gratiam habens Deum habeo bonorum omnium fontem! Age anime mihi avola ad cœlum, natus es: terram despice, utpote quæ curis tuis indigna sit.

**2.** *Nihil laboriosius* dicit S. Hieron. Vitâ Christiani Nenobis ipsi blandiamur: sumus, non nascimur Christiani: militandum est non semel quidem: sed singulis diebus, & ad ultimum usque spiritum, adversus mundum, carnem, & dæmonem. te sequar igitur domine! caput Spineæ coronæ, & humeros crucis præfers, procul flores, procul deliciæ. An possit deliciis indulgere paciente domino meo? fiant non nancuntur Christiani Tertull.

**3.** *Nihil fortius* (addit Hieron.) Christiano: vincit diabolum, qui despicit mundum, & habet vinum auxilium, quoties illud petit a domino. Videlicet quid passi sunt martyres divinâ gratiâ freti. Quid ageres tu ipse, si tormentis probaretur fiducia tua? Christianus iugi mortificatione parare se debet ad martyrium. *Vita Christiani disciplina martyrum.* Tertull.

S. LAU